



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 2. Rutuli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Trebanorum ortus ait Plinius: hodie *Tenerone*.  
**QVI** Almo Fluiolus vbi lauabatur Mater Deorum quotan-  
**L A-** nis Kal. Aprilis: hodie *Accia*, & *Acqua d'Accia*, ab in-  
**T II** colis *Acqua-taccia*, inter templum D. Pauli, & portam  
 Trigeminam.  
*Aqua Crabra*, Ciceroni *Aqua Tusculana*: hodie *la Ma-  
 rana*; defluens fluiolus inter *Frascati*, & *Rocca del  
 Papa*.  
 Numicius Fl. hodie *Numico*, in quo cadauer *Aeneæ*  
 repertum. Ex eo tantum licebat libare *Vestæ*.

**N V M. 2.** *Rutuli*, hodie la partie Maritime de la Champagne de Rome, entre le Fl. *Numico*, & Capo d'Antio.

**RVTVL**I illis sic coniuncti sunt cum antiquis Latinis, vt sit admo-  
 dum difficile eos ab se inuicem diuellere; ab his orti sunt Sa-  
 guntini in Hispaniâ, vt astra iuunt *Linus*, & *Silius*.

**V R-** ARDEA sic dicta, quod Ardeæ auis augurio condita sit;  
**B E S** hanc Troiam nouam dictam esse quidam malè pu-  
 tant: hic quoque Camillus exulauit: ad eam fon-  
 tes Ardeatini admodum salutares: hodie eius rudera  
*Ardea*.  
**R V-** APHRODISIUM, seu Templum Veneris, ad quod Latini  
**T V-** suos conuentus agebant: perierat iam Plinius ætate: si-  
 tum erat circa oppidum *S. Anastasie*.  
**L O-** CASTRVM INVI Virgilio, incola Castrani: Inui hoc est  
**R V M.** Panos, seu Ephialtes, Latinè incubus, malè confun-  
 ditur cum castro nouo in Tuscis: situm erat inter *S.*  
*Anastasiam*, & *Capo d'Antio*.

**N V M. 3.** *Volsci*, hodie vne grande partie de la Champagne de Ro-  
 me depuis Pasiano, Velitri, Capo d'Antio, & quelque  
 peu de la terre de labeur.

**V R-** ANTIVM patria Neronis, & Caligulæ, Volscorum vrbs  
**B E S** nobilissima Dionys. lib. 6. & 8. caput Volscorum *Li-  
 uio*, celebris victoriâ Romanorum, vnde Rostra lo-  
 cus vbi fixa Rostra Nauium Antiatarum V. C. an.  
 416. Hic fuit templum Fortunæ celebre, & Hadriani  
 Imp. hodie *Antio Roninata*.